

MISSAE PROPRIAE APOSTOLICAE ADMINISTRATIONIS BURGENLAND

(Decretum S. Rituum Congregationis de die 27 Nov 1937)

Die 15 Martii

S. CLEMENTIS MARIAE HOFBAUER
CONFESSORIS

Duplex

Missa Justus ut palma, de Communi
Conf. non Pont. 2 loco, praeter Orationes
sequentes:

Oratio

P

Deus, qui sanctum Clementem Mar-
riam miro fidei robore et invictae
constantiae virtute decorasti: ejus meritis
et exemplis fac nos quaesumus, ita fortes
in fide et caritate ferventes; ut praemia
consequamur aeterna. Per Dominum no-
strum.

Et, in Quadragesima, fit Commemo-
ratio Feriae.

Die 20 Aprilis

S. CONRADI A PARZHAM
CONFESSORIS

Duplex

Missa in folio separato.

Die 23 Aprilis

S. ADALBERTI
EPISCOPI ET CONFESSORIS

Duplex

Missa Protexisti, de Communi unius
Martyris tempore Paschali, praeter se-
quentia:

Oratio

Omnipotens sempiterna Deus, qui ho-
dierna die beatum Adalbertum Mar-
tyrem tuum atque Pontificem, merito
passionis sanctis tuis sociare dignatus es:
tribue quaesumus; ut per ejus exempla ad
patriam perveniamus aeternam. Per Do-
minum nostrum.

Lectio Omne gaudium e Communi
unius Martyris non Pontificis 2 loco.

Secreta

C

Mostas tibi Domine, beati Adalberti
Martyris tui atque Pontificis, dicatas
meritis, benignus assume: et ad perpetu-
um nobis tribue provenire subsidium. Per
Dominum nostrum.

Postcommunio

Beati Adalberti Martyris tui atque
Pontificis, intercessione, Domine,
placatus: praesta quaesumus; ut quae tem-
porali celebramus actione, perpetua sal-
vatione capiamus. Per Dominum nostrum.

Die 24 Aprilis

S. GEORGII MARTYRIS
(d. a. ex 23 hujus)

Duplex

Missa ut in Missali die 23 Aprilis. Et
fit Commemoratio S. Fidelis a Sigmaringa
Mart., ut in Missali hac die.

Die 4 Maji
SS. FLORIANI ET SOCIORUM
MARTYRUM

Duplex majus

Missa Sancti tui, de Communi Martyrum Temp. Paschali 2 loco, cum Orationibus sequentibus:

Oratio

C 2

Deus, qui nos concedis sanctorum Martyrum tuorum Floriani et Sociorum ejus natalitia colere: da nobis in aeterna beatitudine de eorum societate gaudere. Per Dominum nostrum.

Et fit Commemoratio S. Monicee Viduae:

Oratio

Deus, merentium consolator et in te sperantium salus, qui beatae Monicee piis lacrimas in conversione filii sui Augustini misericorditer suscepisti: da nobis utriusque interventu; peccata nostra deplorare, et gratiae tuae indulgentiam invenire. Per Dominum nostrum.

Secreta

C 2

Munera tibi, Domine, nostrae devotionis offerimus: quae et pro tuorum tibi grata sint honore Justorum, et nobis salutaria, te miserante, reddantur. Per Dominum nostrum.

Pro S. Monica

Secreta

Aeccepta tibi sit, Domine, sacratae plebis oblatio pro tuorum honore Sanctorum: quorum se meritis de tribulatione percepisse cognoscit auxilium. Per Dominum nostrum.

Postcommunio

C 2

Praesta nobis, quaesumus, Domine: intercedentibus sanctis Martyribus tuis Florianis et Sociis ejus; ut, quod ore con-

tungimus, pura mente capiamus. Per Dominum nostrum.

Pro S. Monica

Postcommunio

Satiasti, Domine, familiam tuam numeribus sacris: ejus, quaesumus, semper interventione nos refove, cujus solennia celebramus. Per Dominum nostrum.

Die 16 Maji

S. JOANNIS NEPOMUCENI MARTYRIS

Duplex

Missa Dedit mihi, ut inter Festa pro aliquibus locis hac die.

Et fit Commemoratio S. Ubaldi Episcopi et Confessoris, ut in Missali hac die.

Die 13 Julii

S. MARGARITAE
VIRGINIS ET MARTYRIS

Duplex

Missa Me exspectaverunt de Communi Virg. et Mart. 2 loco praeter Orationes sequentes:

Oratio

Deus, qui beatam Margaritam Virginem per martyrii palmam tui regni fecisti consortem: concede nobis quaesumus: ut per ejus exempla ad te pervenire mereamur. Per Dominum nostrum.

Et fit Commemoratio S. Anacleti P. M.

ut in Missali hac die.

Secreta

Haec victima, quaesumus Domine, pro beatae Margaritae Virginis oblata martyrio, et mentium nobis sanctitatem, et corporum oblineat sanitatem. Per Dominum nostrum.

Et fit Commemoratio S. Anacleti P. M. ut in Missali hac die.

Postcommunio

Hujus, Dómine, sacraménti percep-
tione, et beátae Margarítæ Virgini-
s et Mátyris intercessione et tu in nobis
manére dignáre et nos in te vicissim
manére concéde: Qui vivis et regnas.

*Et fit Commemoratio S. Analeti P. M.
ut in Missali hac die.*

Die 2 Septembris

S. STEPHANI I. REGIS HUNG.
CONFESSORIS

Duplex majus

Omnia ut Missali hac die, mutato ritu.

Die 12 Octobris

In Ecclesiis consecratis Apostolice
Administrationis Burgenland

IN ANNIVERSARIO DEDICATIONIS
ECCLESiarUM

Duplex I classis cum Octava communi

*Missæ Terribilis, de Communi Dedicac-
tionis Ecclesiæ.*

Die 13 Octobris

S. COLOMANNI MARTYRIS

Duplex

*Missæ Laetabitur, de Communi unius
Martyris 4 loco, cum Evangelio Si quis
vult, ex Missæ Sacerdotes Dei, de eodem
Communi 2 loco.*

*Et fit Commemoratio S. Eduardi Regis,
Conf., ut in Missali hac die, et, in Ecclesiis
ut supra, Commemoratio Octavæ Dedic.
Ecclesiæ et dicitur Credo.*

Die 19 Octobris

IN OCTAVA
DEDICATIONIS ECCLESiarUM

Duplex majus

*Missæ ut in Festo. Commemoratio S.
Petri de Alcantara Conf., ut in Missali
hac die.*

Die 31 Octobris

S. WOLFGANGI
EPISCOPI ET CONFESSORIS

Duplex

*Missæ Sacerdotes tui, de Communi
Conf. Pont. 2 loco, præter Orationem
sequentem:*

Oratio

P

Deus, qui nobis æternæ salutis beátum
Wolfgångum Episcopum ministrum
tribuísti: presta, quæsumus; ut, quem
doctórem vitæ habuimus in terris, inter-
cessórem habere mereámur in cælis. Per
Dóminum nostrum.

*Et fit Commemoratio Vigiliæ Omnium
Sanctorum.*

Secreta

C

Sancti Wolfgångi, Confessoris tui atque
Pontificis, quæsumus, Dómine, ánnua
solémnitas pietáti tuæ nos reddat accép-
tos: ut, per hæc piæ placationis officia, et
illum beáta retribútio comitétur, et nobis
grátiaæ tuæ dona concliét. Per Dóminum
nostrum.

*Et fit Commemoratio Vigiliæ Omnium
Sanctorum.*

Postcommunio

C

Deus, fidélium remunerátor animá-
rum: presta; ut beáti Wolfgångi
Confessoris tui atque Pontificis, cuius

venerāndam celebrāmus festivitātem, precibus indulgēntiam consequāmur. Per Dóminum nostrum.

Et fit Commemoratio Vigiliae Omnium

Sanctorum ac legitur ejus Evangelium in fine.

Die 5 Novembris

S. EMERICI DUCIS CONFESSORIS

Duplex

Introitus

Ps. 56

Os justi meditābitur sapientiam, et lingua ejus loquētur iudicium, lex Dei ejus in corde ipsius. **Ps. ibid.** Noli aemulāri in malignāntibus: neque zelāveris faciēntes iniquitātem.

V. Glória Patri.

Oratio

P

Deus, qui beātum Emericum, juvenili flore nitēntem, in sanctorum tuorum consórtium, sublināsti: presta, quāsumus; ut quem tibi fecisti esse devótum, ejus apud te perpétuum sentiamus auxiliū. Per Dóminum nostrum.

Et fit Commem. Oct. Omn. Sanct.

Lectio libri Sapientiae

Sap. 4

Justus, si morte preooccupātus fuerit, in refrigerio erit. Senectus enim venerabilis est non diuturna, neque annórum número computāta: cani autem sunt sensus hóminis, et aetas senectútis vita immaculāta. Placens Deo factus est dilectus, et vivens inter peccatóres translātus est. Raptus est, ne malitia mutāret intellectum ejus, aut ne fictio deciperet animam illius. Fascinatio enim nugacitātis obscurat bona, et inconstāntia concupiscēntiae transvērfit sensum sine malitia. Consum-

mātus in brevi explevit témpora multa, plácita enim erat Deo anima illius: propter hoc properāvit educere illum de medio iniquitātum: pópuli autem vidēntes, et non intelligēntes, nec ponēntes in precórdiis talia: quóniam grátia Dei, et misericórdia est in sanctos ejus, et respéctus in electos illius. Cóndemnat autem justus mórtuus vivos ímpios, et juvéntus celerius consummāta longam vitam ínjusti. Vidēbunt enim finem sapientis, et non intēlligent, quid cogitāverit de illo Deus, et quare munírit illum Dóminus.

Graduale Ps. 91 Justus ut palma florébit: sicut cedrus Libani multiplicābitur in domo Dómini. **V.** Ad annuntiāndum mane misericórdiam tuam, et veritātem tuam per noctem.

Allelúja, allelúja. **V. Jac. 1** Beātus vir, qui suffert tentationem: quóniam cum probātus fuerit, accípiet coronam vitae. Allelúja.



Sequentia sancti Evangelii secúndum Lucam.

Luc. 12, 55—40

In illo témpore: Dixit Jesus discipulis suis: Sint lumbi vestri praecincti, et lucernae ardentes in manibus vestris, et vos símiles homínibus exspectāntibus dóminum suum, quando revertātur a nuptiis: ut, cum vénerit, et pulsāverit, confestim apérianť ei. Beati servi illi, quos, cum vénerit dóminus, invenerit vigilāntes: amen dico vobis, quod praecínget se, et faciet illos discumbere, et tránsiens ministrābit illis. Et si vénerit in secúnda vigília, et si in tértia vigília vénerit, et ita invenerit, beati sunt servi illi. Hoc autem scitote, quóniam si sciret paterfamilias, qua hora fur veníret, vigilāret útiqúe, et

non sineret perfodi domum suam. Et vos estote parati, quia qua hora non putatis, Filius hominis veniet.

Offertorium Ps. 88 Veritas mea et misericordia mea cum ipso: et in nomine meo exaltabitur cornu ejus.

Secreta

P

Oblatio, quam tibi offerimus, Domine, nos purget ab omni crimine: quatenus per intercessionem sancti Emerici Confessoris tui, cujus sacram recolimus festivitatem, ad coelestis patriae adsumamur haereditatem. Per Dominum.

Communio Matth. 24 Beatus servus, quem, cum venerit Dominus, invenerit vigilantem: amen dico vobis, super omnia bona sua constituet eum.

Postcommunio

P

Plebem tuam, Domine, a cunctis adversitatibus protege: ut beato Emerico Confessore tuo intercedente, et praesentis vitae devotus periculum, et futurae mereamur gaudia sempiterna. Per Dominum.

Die 6 Novembris

S. LEONARDI CONFESSORIS

Duplex

Missa Justus ut palma de **Communione Pont. 2 loco praeter Orationem** sequentem:

Oratio

Majestati tuae, quaesumus, Domine, sancti Confessoris tui Leonardi nos pia jugiter commendet oratio: ut quem debito veneremur obsequio, ipsius suffragio sublevemur optato. Per Dominum nostrum.

Die 11 Novembris

S. MARTINI

EPISCOPI ET CONFESSORIS

regionis Burgenland Patroni

Duplex I cl. cum Octava communi

Omnia ut in Missali hac die (mutato ritu).

Dicitur Credo per totam Octavam.

Die 13 Novembris

S. STANISLAI KOSTKAE
CONFESSORIS

Duplex

Omnia ut in Missali hac die inter Festa pro aliquibus locis.

Et fit Commemoratio S. Didaci Conf., ut in Missali hac die ac Oct. S. Martini.

Die 15 Novembris

S. LEOPOLDI

CONFESSORIS, MARCH. AUSTRIAE

Duplex majus

Introitus Ps. 56, 50—51

Os justi meditabitur sapientiam, et lingua ejus loquetur iudicium: lex Dei ejus in corde ipsius. (T. P. Alleluja, alleluja.) **Ps. ibid., 1** Noli aemulari in malignantibus: neque zelaveris facientes iniquitatem.

V. Gloria Patri.

Oratio

Deus, qui beatum Leopoldum a seculo curis ad caelestem gloriam traduxisti: concede, quaesumus; ita nos per haec temporalia pertransire, ut aeternae vitae consortia mereamur. Per Dominum. **Commem. Oct. S. Martini.**

Lectio libri Sapientiae

Ecclesi. 31, 8—11

Beatus vir, qui inventus est sine macula, et qui post aurum non abiit, nec speravit in pecunia et thesauris. Quis est hic, et laudabimus eum? fecit enim mirabilia in vita sua. Qui probatus est in illo, et perfectus est, erit illi gloria aeterna: qui potuit transgredi, et non est transgressus: facere mala, et non fecit: ideo stabilita sunt bona illius in Domino, et elemosinas illius enarrabit omnis ecclesia sanctorum.

Graduale Ps. 91, 13 et 14 Justus ut palma florebit: sicut cedrus Libani multiplicabitur in domo Domini. **V. Ibid., 3** Ad annuntiandum mane misericordiam tuam, et veritatem tuam per noctem.

Alleluya, alleluya. **V. Jac. 1, 12** Beatus vir, qui suffert tentationem: quoniam, cum probatus fuerit, accipiet coronam vitae. Alleluya.



Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam.

Luc. 19, 12—26

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis parabalam hanc: Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam accipere sibi regnum, et reverti. Vocatis autem decem servis suis, dedit eis decem mnas, et ait ad illos: Negotiamini, dum venio. Cives autem ejus oderant eum: et miserunt legationem post illum, dicentes: Nolumus hunc regnare super nos. Et factum est, ut rediret accepto regno: et iussit vocari servos, quibus dedit pecuniam, ut sciret, quantum quisque negotiatus esset. Venit autem primus, dicens: Domine,

mna tua decem mnas acquisivi. Et ait illi: Euge, bone serve, quia in modico fusti fidelis, eris potestatem habens super decem civitates. Et alter venit, dicens: Domine, mna tua fecit quinque mnas. Et huic ait: Et tu esto super quinque civitates. Et alter venit, dicens: Domine, ecce mna tua, quam habui repositam in sudario: timui enim te, quia homo austerus es: tollis quod non posuisti, et metis, quod non seminasti. Dicit ei: De ore tuo te iudico, serve nequam. Sciebas, quod ego homo austerus sum, tollens quod non posui, et metens quod non seminavi: et quare non dedisti pecuniam meam ad mensam, ut ego veniens, cum usuris utique exegissem illam? Et astantibus dixit: Auferite ab illo mnam, et date illi, qui decem mnas habet. Et dixerunt ei: Domine, habet decem mnas. Dico autem vobis: Quia omni habenti dabitur, et abundabit: ab eo autem, qui non habet, et quod habet, auferetur ab eo.

Et dicitur Credo ratione octavae S. Martini.

Offertorium Ps. 88, 25 Veritas mea et misericordia mea cum ipso: et in nomine meo exaltabitur cornu ejus. **(T. P. Alleluya.)**

Secreta

Laudis tibi, Domine, hostias immolamus in tuorum commemoratione Sanctorum: quibus nos et presentibus exui malis confidimus et futuris. Per Dominum nostrum.

Commem. Oct. S. Martini.

Communio Matth. 24, 46—47 Beatus servus, quem cum venerit dominus, invenerit vigilantem: amen, dico vobis, super omnia bona sua constituet eum. **(T. P. Alleluya.)**

Postcommunio

Refecti cibo potuque caelesti, Deus noster, te supplices exoramus: ut, in cuius haec commemoratio percipimus, ejus, muniamur et precibus. Per Dóminum.

Commem. Oct. S. Martini.

Die 16 Novembris

S. ALBERTI MAGNI

EP., CONF. ET ECCL. DOCT.

Duplex

Missa ut in Missali die 15 Nov.

Et fit Commemoratio S. Gertrudis Virg., ut in Missali hac die ac Oct. S. Martini.

Dicitur Credo ratione Octavae S. Mar-

tini.

Die 18 Novembris

IN OCTAVA

S. MARTINI E. CONF., BURGENTLAND

PATRONI

Duplex majus

Missa ut in Festo die 11 Novembris.

Et fit Commemoratio Dedicat. Basilicarum Ss. Petri et Pauli App.

Die 4 Decembris

S. BARBARÆ VIRG., ET MART.

Semiduplex

Missa et Oratio propria ut inter Festa pro aliqu. locis eadem die.

INDEX ALPHABETICUS

Adalberti Episc., Mart., dupl. 23 Aprilis	1*				
Albertis Magni, duplex. 16 Novembris	7*			Leonardi Conf., duplex. 6 Novembris	5*
Barbaræ Virginis Martyris, semidupl.				Leopoldi Conf., duplex majus. 15 No-	
5 Decembris	7*			venbris	5*
Clementis M. Hofbauer Conf., duplex.				Margaritæ Virginis et Martyris, dupl.	
15 Martii	1*			15 Julii	2*
Colomanni Martyris, dupl. 13 Octobris	3*			Martini Episcopi Conf., regionis Bur-	
Conradi a Parzham, dupl. 20 Aprilis	1*			genland Patroni, duplex I cl. cum	
Dedicatio Ecclesiarum Burgenl., dupl.				Octava. 11 Novembris	5*
I class. cum Oct. comm. 12 Octobris	3*			— Octava, duplex majus. 18 No-	
— Octava, dupl. majus. 19 Octobris	5*			venbris	7*
Emerici Conf., duplex. 5 Novembris . .	4*			Stanislai Kostkæ Conf., duplex. 15 No-	
Floriani et Soc. Martyrum, dupl. 4 Maji	2*			venbris	5*
Georgi Martyris, duplex. 24 Aprilis . .	1*			Stephani Regis Conf., duplex majus.	
Joannis Nepomuceni Martyris, duplex.				2 Septembris	3*
16 Maji	2*			Wolfgangi Ep. et Conf., duplex.	
				31 Octobris	5*

APPROBATIO

Nr. 5910. Concordat cum Originali ideoque imprimi permittimus.

Mattersburg, die 11 Novembris 1938

DR. JOSEPH KOLLER
Provicarius

JOANNES KODATSCH
Cancell.